



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. An una causa delegata etiam pluribus possit subdelegati?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

Tit. XXIX. De Officio & potestate iudicis delegati.

152

thedralis , sive sacerdotalis hæc sit , sive regulatis , sive præbendam ille habeat , sive non habeat c. *statutum II. de rescript.* in 6. Episcopi verò , vel alterius inferioris ordinatii delegatus esse potest simplex Clericus juxta gloss. in citatum c. *statutum V. sedis Apostolica.* Modò sint personæ discretæ , & idoneæ , ut loquitur c. si pro debilitate z. b. t. sive sint subditi delegantis jurisdictioni , sive non sint subjecti , modò causa ad delegantis jurisdictionem pertineat (& hinc causæ Ecclesiastice , decimarum v. g. iuris Patronatus &c. non laicis , sed clericis committuntur) quorum omnium rationes esse possunt , quod pro sedis Apostolicae dignitate alii delegati non sint admittendi , & causam ratio laicis non committenda , diversitatem quidem aliquam delegatorum requirat , non autem subjectionem , nisi in uitum compellere velit.

§. II.

An pluribus judicibus eadem causa simul delegari possit , & quomodo procedere debeant?

Posse hoc fieri , ita ut non habeant singuli jurisdictionem in solidum , neque unus sine altero validè procedere possit , nisi alter in forma concessionis sit expressum , exc. *causam 16. b. t. patet* quod si tamen in forma commissionis in clausula expressum sit ; ut si nequeant , aut nolint omnes interesse , duo vel unius eam cognoscant , & exequantur : duo vel unus procedere possunt , ad causam dijudicandam & ferendam sententiam , si per certum nuntium , aut aliunde illis legitimè constituerit (per testes scilicet aut submissas literas) quod tertius vel alii adesse

non possint aut nolint , prout habetur in c. *prudentiam 21. b. t.* si verò sub ea clausula commissio facta sit , ut omnes , aut duo vel unus eorum procedant , aut mandatum exequantur , tum censetur quilibet eorum habere jurisdictionem in solidum , datunque inter eos locus præventioni , ita ut etiam unus solus , qui alios prævenit , negotium commissum expedire possit ; & negotio cœpto alii amplius immiscere se non possint ; nisi qui causam hanc præoccupaverat , subitâ infirmitate , aut alia justâ causâ impeditus , non possit , vel etiam malitiosè non velit in causa procedere , ut habetur in c. *cum plures 8. b. t.* ratio horum est , quod uicis servetur forma mandati , & negotia citius expediatur cum nullius injuria.

§. III.

An una causa delegata etiam pluribus possit subdelegari?

Qui subdelegare possunt , possunt vel omnes simul , si plures delegati fuerint , vel unus eorum unam causam sibi delegat à pluribus personis tamē idoneis , subdelegare , ut constat ex c. *cum te 18. b. t.* ita it , taliter à delegatis subdelegati in iurisdictio ferenda inter se dissidentiant , standum sit sententia majoris partis ; vel si non habeat major pars in iurisdictio ferenda , sed quilibet subdelegatorum suam pecuniarem sententiam habeat , recurrendum sit ad subdelegantem argum c. fin. *defensio & re jud.* nisi in totum vices suas subdelegans commiserit subdelegans , quo in casu ad primum seu delegantem recurrendum est.

T 4

SEC.